



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1558. usque ad annum 1560

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1771

VD18 90118588

§. 83. Condæus Princeps, & Colinii aula excedentes.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66800](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66800)

Sæcul. XVI. preces obtainuit, quamvis ob proprii
A.C. 1560 meriti eminentiam ad subeundam hanc

dignitatem nemo alius eo dignior vide-
 ret, nihilominus, cum haud ignora-
 ret, quod Joannes Bertrandus Cardi-
 nal is tum Romæ agens Pro-Cancella-
 rii munus ea duntaxat lege abdicavit,
 ut Olivario prius decedenti ipse in hac
 dignitate succederet, hinc Magistratum
 ingredi, officiumque suum exercere de-
 trectabat, nisi prius Cardinalis juri suo
 per Curiæ decretum obtento cessisset.

§. LXXXIII.

Condæus Princeps, & Colinii Aula excedentes.

Thuan. l.c. Sub idem tempus Colinii aula disce-
 dunt Guisiorum potentiam veriti,
 quibus aliunde Castillionæus Praefectus
 in privatis cum Regina Matre colloquiis
 sese infestum nimis libere ostenderat:
 cum vero ille abeundi veniam peteret,
 jussus est in Normanniam proficisci, &
 tumultibus in ea Provincia sedandis o-
 peram dare, deque seditionis motæ cau-
 sis cognoscere, remque ad Reginam fi-
 deliter perscribere. Ergo Castillionæus
 nulla mora discedit, ejusque exemplum
 ambo illius fratres sequuntur, simulque
 Condæus Princeps, cum externam Gui-
 si Duci amicitiam sibi suspectam habe-
 ret,

ret, in Aquitaniam contendere statuit, Sæcul. XVI.
A.C. 1560.
tutum ibidem recepturus asylum, eo-
quod ejus frater Navarræ Rex hujus
Provinciæ Gubernator esset: Castillio-
næus vero juxta Reginæ mandata in
Normanniam fecessit, datusque literis
eandem monuit, si Regem, Regnumque
salvum cupiat, edicta in Protestantium
gratiam promulgata religiose servari cu-
ret, poenasque innocentium intermitti
præcipiat: ipse vero in omnibus mari-
timis urbibus, in quibus ob muneric
sui dignitatem imperandi potestate pol-
lebat, novæ sectæ dogmata publicis ser-
monibus in vulgus spargi jussit, suum-
que spuriæ reformationis studium us-
que ad Rothomagenses quorumdam
Ministrorum opera usus insuperhabitibus
regiis edictis extendisset, nisi præcipui
Senatus Patres Aulæ mandata saltem
exterius, palamque in effectum deduci
curassent, quamvis aliunde rebellibus
clam faverent.

§. LXXXIV.

Bella in variis locis per Calvinistas accensa.

Ceterum Delphinatus, Provincia, a- *La Popelin.*
liaque regni loca iisdem quoque tu- *l. 6.*
multibus agitabantur; quippe Carolus *Bez. hist. l. 3.*
Podiensis Montbrunius in Delphinatus *p. 347. &* *Suv.*

Hist. Eccles. Tom. XLIII. C c Pro-